



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 5. Concilium Provinciale Mediolani ab eo convocatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

**Sæcul. XVI.** ab eodem obtinuit, ut ibidem Syno-  
A.C. 1565 dum Provinciale celebraturus abire  
 posset. Ergo Borromæus die prima  
 Septembris anno Incarnationis Domi-  
 nicæ millesimo quingentesimo sexagel-  
 mo quinto Roma discessit, comitanti-  
 bus eum Præfulum quamplurimis, aliis  
 que selectioribus Ecclesiasticis: quam-  
 primum autem Mediolanum venerat,  
 mox celebriores Theologos, jurisque  
 Canonici peritos accersebat.

### §. V.

#### *Concilium Provinciale Mediolani ab eo convocatum.*

Post suum adventum Carolus primas  
 eo curas intendebat, ut Provinciale  
 Concilium, quod eo regnante primum  
 erat, Mediolani celebraret: igitur hac  
 de re præprimis cum Provinciae suæ  
 Episcopis, qui jamjam Mediolanum ve-  
 nerant, agere cœperat, iisque argu-  
 menta distribuebat, ut rebus mature  
 perpenfis postea desuper decreta confici  
 possent. Intererat huic Concilio nu-  
 per electus Cardinalis Guido Ferrerius,  
 qui in hac ipsa Synodo a sancto Carolo  
 Borromæo rubrum galerum Pontificis  
 nomine acceperat: insuper ibi conve-  
 nere ex Episcopis Hieronymus Vida  
 Albensis, Mauritius Petra Viglebanen-  
 sis, Cæsar Gambara Tortonensis, Sci-  
 pio



Syno-  
abire  
prima  
Domi-  
xagell-  
itanti-  
, aliis  
quam-  
nerat,  
risque  
  
ni ab  
rimas  
nciale  
mum  
r hac  
sue  
n ve-  
argu-  
ature  
nfici  
nu-  
rius,  
arolo  
ificis  
nve-  
Vida  
nen-  
Sci-  
pio

pio de Este Casalensis, & Nicolaus Sfon- Sæcul. XVI.  
dratus Cremonensis præter alios: porro A.C. 1565.  
prima Sessio inchoabatur præmissa fo-  
lemni supplicatione, qua finita, facro-  
que decantato Cardinalis initium Sy-  
nodo fecerat, habita oratione, in qua  
de Conciliorum Provincialium institu-  
tione differens eorum necessitatem de-  
monstratum ibat. Dein inter prima  
negotia ei erat sollicitudo, quomodo  
Tridentinæ Synodi decreta promulga-  
rentur, atque acceptarentur, simulque  
eorum executio injungeretur omnibus  
Provinciæ Episcopis, qui quoque fidei  
sue professionem publice emittentes  
circa disciplinam Ecclesiasticam plura  
statuta, ac decreta, præcipue vero  
circa ea, quæ ipsorummet Episcoporum  
vitam, mores, & disciplinam concer-  
nunt, a se concepta proponebant.

§. VI.

*Acta, & Statuta primi Concilii Me-  
diolanensis.*

Primi hujus Mediolanensis Conci- Labb. Col-  
lii Constitutiones in tres divisæ  
sunt partes, in quarum prima fidei Ca- pag. 246.  
tholicæ professio reperitur, agiturque & seq.  
de aptis fidem conservandi mediis, ubi  
statuuntur etiam quædam contra illos,  
qui sacris literis abutuntur: postea Sy-  
nodus agit de Scholarum Magistris, de  
doctri-